

Optarem anathema esse pro fratribus meis.

Léctio Epístolæ beāti Pauli apóstoli
ad Romános

9, 1-5

Fratres:

- ¹ **V**eritátem dico in Christo, non méntior,
testimónium mihi perhibénte consciéntia mea
in Spíritu Sancto,
² quóniam tristítia est mihi magna,
et contínuus dolor cordi meo.
³ Optárem enim ipse ego anáthema esse a Christo
pro frátribus meis, cognátis meis secúndum carnem,
⁴ qui sunt Israelítæ,
quorum adóptio est filiórum
et glória et testaménta
et legislátio et cultus et promissiónes,
⁵ quorum sunt patres,
et ex quibus Christus secúndum carnem:
qui est super ómnia Deus benedíctus in sáecula. Amen.

Verbum Dómini.